

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Rahn

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Rahne/ I.U.D. &
Prof. Ad Exequias, Quae Matronae honestissimae Annae Hagemeisters Dn. Marci
Schmides, relictæ viduae Hodie ... parantur, Omnes omnium ordinum Cives
Academicos studiose invitat**

Rostochii: Kilius, 1651

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777524228>

Druck Freier  Zugang



Rahne, H.,
in A. Hagemeister,
uxor. M. Schmid.

R. 1651.

79.

PROGRAMMA
Quo
RECTOR
Universitatis Rostochiensis
HENRICUS RAGNELL
J. U. D. & Prof.
Ad Exequias,
Quæ
Matronæ honestissimæ
ANNÆ Hagemeisters
DN. MARCI SCHMIDES,


relictæ viduæ

*Hodie ad horam primam parantur,
Omnes omnium ordinum Cives Academicos
studiosè invitati.*

•S(0)S•



ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILI, Acad. Typogr.
ANNO M. DC. LI.





Er anni nunc est : quo
nullum fæcundius aliud , nul-
lum salubrius , nullum pul-
chrum magis est tempus.

*Omnia nunc florent, nunc est no-
va temporis atas:*

Et nova de gravido palmitæ gemma tumet.

Et modò formatis operitur frondibus arbor,

Prodit ē in summum seminis herba solum.

Et tepidum volucres concentibus aëra mulcent:

Ludit ē in pratis luxuriatq; pecus.

Nunc blandi soles, ignotaq; proadit hirundo

Et luteum celsā sub trabe figit opus.

Quicquid hiberno sidere exaruerat, jam suc-
cum & vires recipit: quæ velut mortua frigore
hactenus, novo tempore revocantur in vitam.
Nunc & fluctus cum litoribus, & nubes cum So-
le, & venti cum aëre, & terra cum stirpibus, &
stirpes cum oculis in gratiam redeunt. Veteres
Mercurium cum palingenesiæ Deum crederent,
Veri quoq; præesse voluerunt, quod revera, ut
antiquus Poëta cecinit, VER RENATUS ORBIS

est. Sed ut ver aliis natale sit, homini non mortuale esse non potest, qui nunquam procul abest à morte. Nempe post plura hactenus ducta funera, & hodieq; ad lugubria redeundum, & pienissimæ matronæ eundum exequias. Ea est ANNA Hagemeisters / quæ d. XXIX. Aprilis è vita decessit. Nata est anno Christi 1584. d. XV. Junij Gustrovij Patre viro Clarissimo & doctissimo Dn GEORGIO HAGEMEISTERO, qui vivens vidensq; illustrissimo Duci Mecklenburgico ULRICO à Secretis Cameræ olim, & Oeconomus Ecclesiarum Gustrovienis summa cum laude fuit. Matrem habuit REGINAM Krügerz / fœminam ornatissimam. Avus paternus ei fuit LAURENTIUS Hagemeister / civis Butzoviensis; maternus JOANNES Krüger / civis Gustroviensis, Viri integerrimi. Aviam paternam sortita fuit MARGARETAM Penkhs; maternam verò ANNAM Leppins/ fœminas præstantissimas. In parentum sinu ita adolevit à prima inde infantia, ut nihil meditari ac discere, nihil agere ac designare unquam videatur, quod aut indignum ac alienum ejus sexu, aut per se parum probum atq; honestum esset. Pietatem cumprimis & pudicitiam imbibit atq; addidicit, quippe quas fundamenta reliquarum virtutum non immerito existimabat. Nam quæ perfec-

perfecta virtus esse potest, unde pietas abest? Nec quidquam in virgine magis requiritur, quam studium pudoris. Cum esset.

Jam matura viro, jam plenis nubilis annis petita est in matrimonium à Specatissimo D N. MARCO SCHMIDIO Senatore Gustroviensi, cui etiam anno 1609. d. 2. Maji cum consensu matris, patre jam morte functo, tradita est. Mater facta fuit unius prolis nempe virilis quæ verò tenera statim obiit. Mortuo dehinc amantissimo Conjuge, quod anno 1626. accidit, ita semper in ædibus fratriis Dn. GEORGII HAGEMEISTERI Senatoris apud nos quondam gravissimi degit vitam, ut quod exemplar viduæ alibi descripsit formavitq; Apostolus, id ipsa re & facto exprimeret. Die XXIX. Aprilis circa quintam matutinam catharro suffocativo præter spem corripi cæpta est. Et quamvis auxilia Medicorum diligenter adhiberentur, iis tamen profici nihil potuit. Usq; adeo non semper in Medico est, ut levetur æger, cum plus omni arte sèpius malum valeat. Quod cum ipsa quoq; animadverteret, & fatalem sibi terminum non obscure deprehenderet, ad piam migrationem, sic ut decebat fæminam ab ineunte ætate Christianæ religionis præceptis imbutam, accinxit. Maturè se, die ut vocant Viridium, ss. Dominicæ cænæ usur-

A 3

patio.

patione ad beatum obitum, si ita videretur Deo,
præparavit, & deinde omne propemodum tem-
pus piis cogitationibus precibusque consumsi;
Ac sane tantum absuit, ut metueret mortem, ut
eam potius exoptaret: eam nihil aliud statuens,
quam initium novæ atq; æternæ vitæ, & quen-
dam ingressum ac aditum in divinitatem. Cujus
quidem voti potita est d. 29. Aprilis, sicut dixi-
m°, cùm circa nonam antemeridianā beatissimā
morte inter medias preces resloveretur. Vixit
annos septem & sexaginta, quæ nunc admodum
grandis senectus est. Nam quota pars istum ter-
minum hodie vivendo attingit? Itaque ejus iste
obitus non multum aliter comparatus videtur,
quam se lucerna habet, aut tæda etiam, quæ ubi
nihil adest amplius, quod flamمام alat, exstin-
gui solet & deflagrare. Itaque sicuti mortes ju-
venum luctuosiores sunt & magis acerbi: ita se-
num naturales videntur quodammodo, & plus
exempli relinquere, quam doloris. Gratulemur
ei suam felicitatem; & nos agamus nostras par-
tes, demusque operam, ut inoffenso pede venia-
mus ad metam. Illa nunc abiit, quo nos omnes
contendimus, & consequuta præmium est, pro
quo adhuc desudamus & currimus. Hactenus
quidem vita ejus abscondita est cum Christo in
DEO: ubi vero Christus illius pariter & nostrum
omnium

omnium vita apparuerit, & corpus, quod juxta-
curiae cœlestis stylum dormit in terræ pulvere, su-
scitatum ex eo animæ redunierit; tunc & ipsa
conspicua cum illo apparebit in gloria: & totus
homo instar solis resplendescens ad perfectam
æternæ beatitudinis possessionem admitretur:
ubi inebriabitur pinguedine domûs cœlestis, &
de torrente deliciarum bibet, ubi cum Ecclesia
triumphante, cum Angelis & Archangelis, cum
thronis & dominationibus cumque omni militia
cœlestis exercitus hymnum gloriæ æternum
æterno DEO canet. Plutarchus ille, homo qui-
dem à nostra fide alienus, uxorem tamen super
morte Filiae solaturus, hoc illi argumentum
Christianis etiam commune, inculcavit: οὐαὶ δὲ
τῷ ἀλυτῷ ἕκσον, λυπεῖν ὑπᾶς & δύται illa verò cum jam
eo venerit ubi nullus est dolori locus, nihil no-
stro opus habet dolore. Quod ille incertâ spe
sibi & uxori persuadere conatus fuit, id longè
pluris apud cognatos & propinquos Defunctæ
valitetur confido, qui certiori S. literarum fun-
damento innixi, suam in locum verè ἀλυτὸν per-
venisse, atque perversos seculi mores cum lætissi-
ma Beatorum atque ipsius CHRISTI societa-
te permutasse exactè norunt: ut verè hæc χρύ-
σια χαλκείων dici mercantur, quique porrò luge-
re Eam institerint, nihil agere videantur aliud,
quam

quām invidere portum maris tempestatibus ja-
ctato. Optimum acquiescere in DEI voluntate,
& ferre æquo animo, quod nullo aut consilio aut
arte mutare licet. Nec vellet Macaritis nostra qui-
dem, si hoc posset maximè; multò beatius existi-
mans, in sancta illa supernaque Hierusalem ci-
vem esse, quām reverti eò & ibi iterum degere,
ubi luctus, & ultrices posuere cubilia curæ, Pal-
lentesq; habitant morbi, tristisq; senectus.


Cum igitur Ejus corpus hodie horâ primâ po-
meridianâ Christiano more sepeliendum sit, ve-
strum erit, CIVES Academicî, exequias frequen-
tes celebrare. Quod genus officij quo majorem
pietatis laudem habet, eò prolixius præstandum
existimabitis. P. P. ad d. II. Maij anno recupe-
ratæ gratiæ cIc Ioc LI.

*Conventus fiet in æde B. Virginis sacrâ,
ad horam primam,*





omnium vita apparuerit, & co-
curiae cœlestis stylum dormit i-
scitatum ex eo animæ redundie
conspicua cum Illo apparebit
homo instar solis resplendescet
æternæ beatitudinis possessione
ubi inebriabitur pinguedine de-
de torrente deliciarum bibet,
triumphante, cum Angelis & A-
thronis & dominationibus cu-
tia cœlestis exercitus hymnum
æterno DEO canet. Plutarchu-
dem à nostra fide alienus, uxori
morte Filiæ solatus, hoc il-
Christianis etiam commune, i-
ēis τὸ ἀλυπον ἡκεω, λυπην ὑπᾶς & δῆται
eò venerit ubi nullus est dolor
istro opus habet dolore. Quod
sibi & uxori persuadere conatu-
pluris apud cognatos & propi-
valitetur confido, qui certior
damento innixi, suam in locu-
venisse, atque perversos seculi
sima Beatorum atque ipsius CH
te permutasse exactè norunt:
στα χαλκέωρ dici mercantur, qu-
re Eam institerint, nihil agere



d juxta.
vere, su-
& Ipsa
& totus
fectam.
retur :
estis, &
Ecclesia
s, cum
ni mili-
ternum
no qui-
n super
ntum,
excavat
um jam
hil no-
rtà spe
longè
functæ
im fun-
my per-
n lätis-
ociera-
æc xpú-
o luge-
aliud,
quam